Letabundus exultet fidelis chorus alleluya.

Regem regum intacte profudit chorus res miranda.

Angelus consilii natus est de virgine sol de stella.

Sol occasum nesciens stella semper rutilans semper clara.

Sicut sydus radium profert virgo filium pari forma.

Neque sydus radio neque mater filio fit corrupta.

Cedrus alta lybani conformatur ysopo valle nostra.

Verbum ens altissimi corporari passum est carne sumpta.

Ysayas cecinit synagoga meminit nunquam tamen

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

desinit esse cera. Si non suis uatibus credat uel

gentilibus sibillinis uersibus hec predicta. Infelix

propera crede uel uetera cur dampnaberis gens mise

ra. Quem docet littera natum considera ipsum

genuit puerpera. Alleluya

In die pasche et duobus sequentibus. Sequentia.

Victime paschali laudes immolant christiani

Agnus redemit oues xpc innocens patri reconcili

auit peccatores. Mors et uita duello conflixere

mirando dux uite mortuus regnat uiuus. Dic no

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bis maria quid uidisti in uia. Sepulchrum xpi

uiuentis et gloriam uidi resurgentis. Angelicos

testes sudarium et uestes. Surrexit xpc spes mea

precedet suos in galilea. Credendum est magis so

li marie ueraci quam iudeorum turbe fallaci. Sci

mus cristum surrexisse ex mortuis uere tu nobis uic

tor rex miserere. alleluya. In ascentione dni. Sequencia.

Omnes gentes plaudite festos choros ducite

cristo triumphante. Redit cum uictoria capta du

cens spolia tuba iubilante· Pape quam mag
nificum hodie dominicum germen gloriatur: Ter
re fructus hodie super thronos cunte celi sublimatur·
Intrat tabernaculum moyses et populum trahit
ad spectaculum tante uirtutis dei· Stant suspensis
uultibus intendentes nubibus ihesum subducentibz
uiri galylei· Dum helyas subleuatur helyseo du
plex datur spiritus et pallium· Alta xpe dum con
scendit seruus suus mnas appendit gratiarū oīm·



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Veni deus ultionum ueni cum clementia dum
sistemur ante thronum in tua presentia. Digne
nobis nunc auditam fac misericordiam in perhenne
transfer uitam ad futuram gloriam. amen.

In die pentecostes. sequentia.

Sancti spiritus assit nobis
gratia. Que corda nostra sibi faciat habitacula.
Expulsis inde cunctis uiciis spiritalibus.
Spiritus alme illustrator omnium. Horridas
nostre mentis purga tenebras. Amator sancte

sensatorum semper cogitatuum. Infunde unctionem
tuam clemens nostris sensibus. Tu purificator om
nium flagitiorum spiritus. Purifica nostri ocu
lum interioris hominis. Et uideri supremus ge
nitor possit a nobis. Mundi cordis quem soli
cernere possunt oculi. Prophetas tu inspirasti
ut preconia cristi precinuissent inclita. Apostolos
confortasti uti tropheum xpi per totum mundū
ueherent. Quando machina per uerbum suum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in estu temperies in fletu solacium. O lux bea
tissima reple cordis intima tuorum fidelium. Si
ne tuo numine nichil est in homine nichil est in
noxium. Lava quod est sordidum riga quod est
aridum sana quod est saucium. Flecte quod est
rigidum fove quod est frigidum rege quod est
devium. Da tuis fidelibus in te confidentibus
sacrum septenarium. Da virtutis meritum da
salutis exitum da perhenne gaudium. A men.


In festo tri
nitatis Seq.
PRofitentes unitatem ueneremur
trinitatem pari reuerentia Tres psonas asseren
tes personali differentes a se differentia Hec di
tur relati ue cum sint unum substantiue non tria
principia. Siue dicas tres uel tria simplex tamē
est usia non triplex essentia Simplex esse simplex
posse simplex uelle simplex nosse cuncta sunt simpli
cia. Pater proles sacrum flamen deus unus et hij
tamen habent quedam propria. Non unius quia

duarum siue trium personarum minor efficacia.
Una uirtus unum numen unus splendor unum
lumen hoc una quod alia. Patri proles est equa
lis nec hoc tollit psonalis ambor distinctio.
Patri compar filio qz spiritalis ab utroqz pcedit
connexio. Non humana ratione capi possunt he
psone nec harum discretio. Non hic ordo tempora
lis non hic situs aut localis rerum circumscriptio.
Nil in deo preter deum nulla causa preter eum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qui creat causalia. Effectiva vel formalis causa
deus et finalis sed numquam materia. Digne
loqui de ꝑsonis vim transcendit rationis excedit in
genia. Quid sit gigni quid ꝓcessus me nescire
sum ꝓfessus sed fide non dubia. Nos in fide glo
riemur nos in una modulemur fidei constantia.
Trine sit laus unitati sit et simple trinitati coe
terna gloria. amen.

In die consecrationis et in anniuersario dedicationis ecce. Sequentia.

Rex salomon fecit templum quorum instar et ex

emplum xpc et ecclesia. Unus hic est impe

rator fundamentum et fundator mediante gra

tia. Quadri templi fundamenta marmora sunt

instrumenta parietum paria. Candens flos est

castitatis lapis quadrus in prelatis virtus et con

stantia. Longitudo latitudo templi que sublimi

tas. Intellecta fide recta sunt fides spes caritas.

Sed tres partes sunt in templo trinitatis sub ex

emplo ima summa media. Ima signat mundos

LANDES- UND STADT BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf